



Bibliographische Daten

Titel: Expositio super toto psalterio
Ersteller: de Turrecremata Johannes
Signatur: 2 an Inc. 4. 2°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

de scripturis sanctis iuxta voluntatem suam detorquet ut ambiguas
 et obscuras sententias vulnerent alias simplicium. o dñe. Intellectum
 verum et sanum legis tue que de scripturis sanctis per sanctos tuos
 doctores ecclesie exponendo perfecte edidisti. heretici male exponendo
 peruerterunt et destruxerunt quantum in eis fuit. qui falsis interpre-
 tationibus scripturas sanctas lacerare moluntur. conuertentes in
 quorundam necem a dño prolatam sunt ad salutem. iustus autem scz
 xps quid faciet. respondebat qd reddet bona bonis. et mala malis. Do-
 minus enim faciet fideles suos bonos templum suum inhabitando in
 eis per gram. et inhabitando sanctificat et celestes efficit in quibus ipse
 sedet. Oculi eius in populum christianum respiciunt ei miserando. et
 ad ipsum protegendum. et oculi eius scrutantur actus et cogitationes
 filiorum hominum. Dominus scrutat et inquirit iustum actus eius
 inquirendo. et hoc ad remunerandum. impium autem ad puniendum
 qui diligit iniquitatem odit animam suam. quia ei eterna supplicia
 preparat. propheta de pena malorum ait. Pluet super peccatores la-
 queos indissolubiles penarum. quia eterne erunt. pene eorum ignis
 inextinguibilis. fetor intollerabilis. remorsus conscientie incessabilis
 et hec pene pars calicis eorum mensurabunt iuxta modum et men-
 suram meritorum eorum. et hoc faciet dñs. Quoniam iustus est et iusticiam
 dilexit. unumque secundum proprium opus iudicabit. et equitate
 vidit vultus eius. ut iustis premia. peccatoribus vero penas tribuat
 condignas. **¶ Psalmus xi.** in quo propheta petit a malis huius-
 modi liberari.

Alum me fac dñe a mundi malis et periculis quoniam in
 aliquo alio non est salus. ideo timentem et exclamantem exau-
 di. quoniam defecit sanctitas in hominibus. pauci sunt sancti inter
 tot malos. quoniam diminute sunt veritates scz vite et doctrine et iu-
 sticie a filiis hominum. vere diminute sunt veritates a filiis hominum.
 Quoniam vana id est falsa locuti sunt unusquisque ad decipiendum.
 suum proximum labia dolosa existentes. quia garrula ad oblatram
 dum et dolosi ad decipiendum. et vere dolosi sunt. quia dupli cor-
 de locuti sunt. aliud dicentes. et aliud in corde retinentes. Disperdat
 dñs uniuersa labia dolosa ut indeorum qui dolose et fraudulenter
 loquuntur de xpo et hereticorum. et linguam magniloquam arrogantem.